



Scientia Sanctorum

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicis, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

Puente, Luis de la

Dilingæ, 1685

4. De gravitate peccati ex vilitate hominis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60561)

ait peccatum, servus est peccati. Certè & diabolus & peccatum plus valent in animã peccantis. *Ioan. 8. 34.*

MEDITATIO IV.

De gravitate peccati ex vilitate hominis.

PUNCTUM PRIMUM.

Quid sit homo secundum corpus?

EX limo terræ, fœnum & flos agri, vapor ad modicum parens, umbra fugiens, *Qui brevi vivens tempore, repletur multis miseriis, & innumeris necessitatibus est obnoxius: & hic eum, à quo juvari potest, tam audacter offendit, & eum, Qui perdere potest in gehennam?* *Utilitas corporis Iob. 14. 19. Mat. 10. 28.*

PUNCTUM II.

Quid sit homo quoad animam?

1. EX nihilo creatus: *Substantia mea tanquam nihilum ante te: & in nihilum recideret, nisi à Deo conservaretur: & sine quo nihil potest agere.* *ps. 38. 6. Vilitas animæ.*
2. Deinde in peccatis secundum animam conceptus est, & immoderatis passionibus agitatur intus; foris autem ab invisibilibus inimicis incessanter appetitur: unde passim peccatis involvitur, ut melius foret, si natus non esset.
3. Et tandem, ut ait S. Augustinus, *nulum est peccatum, quod unquam fecerit homo, quod non possit facere alter homo?* *Soliloq. cap. 5.* ita ex se miser est, & totus, quasi ulcus, unde sanies fluit, nisi sanetur

fanetur à gratia. Et hic irritabit illum, à quo solo
è tantis malis vindicari potest?

PUNCTUM III.

*Quàm sit exile bonum, quod homo
quisque habet.*

1. **P**rimum comparatione aliorum omnium
hominum: plura enim in aliis sunt, quibus
carent singuli. 2. Deinde quid sit præ omni-
bus hominibus & Angelis. 3. Et tandem quid
respectu Dei; nam *omnes omnino gentes quasi
non sint, sic sunt coram eo: & quasi nihilum &
inane reputata sunt ei, & tanquam momentum
statera sic est ante te orbis terrarum, & tanquam
gutta roris antelucani, quæ descendit in terram.*
Quid sunt stellæ in præsentia Solis? Nec appa-
rent quidem. Quid bona omnia creata in unum
hominem congesta sive corporis, sive animi?
nihil. Nemo bonus, nisi solus Deus. Et tantil-
lus non veretur liberrimè hunc offendere? hunc
irritare? propterea *agam penitentiam in favil-
la & cinere.*

Isa. 40.

17.

Sap. 11.

23.

Luc. 18.

19.

Iob. 42.

6.

MEDITATIO V.

*De gravitate peccati ex Dei offensi
Excellentia.*

PUNCTUM PRIMUM.

*Perpendam divinas perfectiones, ex
quibus potissimum aggravatur peccatum.*

I.
Bonitas.

I. **E**st bonitas, ob quam Deus est dignus in-
finito amore, quali se ipse amat & beati
clare